Lipsens Taufschein.

L. B. S. et O!

Possessorem hujus Albi, Ornatissimum Adolescentem, Johañem Henricum Lipsium, Æris Sculptorem jam inter multos celebrem, ex honestis Parentibus et legitimo Thoro, Cloteni, in Pago Helvetico-Thuricensi, natum, per Sacrum baptismi fontem Ecclesiæ Christi Die 4to Maji 1758 adjunctum fuisse; Post edita Specimina egregiæ cognitionis Sacrorum, Aditum ad S. Coenam Domini, instante festo Nativitatis Salvatoris nostri A. 1774 facile impetrasse, et vitam hucusq; ex omni parte honestam et probam egisse, hisce lætus et cum veritate declaro ~~ad~~ et testor. Quum igitur illi ad Exteros migrandum sit, ad se in Arte sua magis magisq; peritum et perfectiorem reddendum, per has paucas Litteras Cum omnibus Bonis, etiam Spectatissimis Viris, Imprimis V. D. Ministris, a quibus accessum ad Sacram Synaxin petere poterit, de meliori Nota comendatum velim! Deus O. M. vero Ei semper Gratia sua, suoq; clementi Ductu et protectione adesse velit!

Signat et precatur
Joh. Huldr. Breñwaldius,
Coetus Clotensis Pastor, et
vener. Classis Regensbergensis
Decanus.

Dabam Cloteni in
Helvetiis, ad diem
20 Junii 1780.